

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius, Med. D. P.P.
Poliater, & Facultatis suae p.t. Decanus, Regem Regum, Et Dominum
Dominantium, Immanuelem Verum, Jesum, Dei & Mariae Filium, fasciis
involutum, foeno & praesepi impositum, atq[ue] inter pecora iacentem, ipsis
Domini huius nostri Natalitiis, Civibus suis Academicis, Submissae humilitatis
ulnis excipiendu[m], devotissimaeq[ue] gratitudinis thure colendum, serio
seduloq[ue] proponit : [P.P. sub sigill. Rector. d. XXV. Decembr. Anno 1668.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735671486>

Druck Freier  Zugang



115.
5

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,
Med.D.P.P. Poliater, & Facultatis
suæ p. t. DECANUS,
REGEM REGUM, ET DOMINUM
DOMINANTIUM,
IMMANUELEM VERUM,
J E S U M,
Dei & Mariæ Filium,
fasciis involutum,
fœno & præsepi impositum,
atq;
inter pecora jacentem,
ipsis Domini hujus nostri Natalitiis,
Civibus suis Academicis,

Submissæ humilitatis ulnis excipiendū, devotissimæq;
gratitudinis thure colendum, serio seduloq; proponit.

ROSTOCHI, Typis Johannis Kilii, Acad. Typogr.



L L E L U - J A H !

Lætamini Cœli, & exultet o-
mnis terra! Paravit Dominus bra-
chium suum sanctum in oculis o-
mnium gentium: & vident omnes
fines terræ salutare Dei nostri! Lux
orta est habitantibus in Regione
umbræ mortis! GLORIA IN EX-
CELSIS DEO! Verbum Caro fa-
ctum est: Deus est homo, infans
est Deus, & virgo mater, Creator

ad creaturam venit, ipse factus creatura. Cœlum linquens
in terram descendit, qui cum cœlo terram omnem Majestate
infinitâ replet. In tempore venit, qui secula condidit,
nascitur in terris, qui nascitatem terram produxit. Nascitur
CHRISTUS, h. e. *Deus & homo*, Deus de Patre, homo de Ma-
tre; de Patre principium vitæ, de Matre mortis finis: Matre
antiquior, æterno Patri filius æquævus. Matrem nesciens ge-
nitus à Patre in cœlis non natus, in terris non genitus, nascitur
ignarus Patri. Ita verò conveniebat nasci illum, qui est dulcis
illa radix jesse, qui lilyum nostrum est convallium, qui viola no-
stra, qui rosa inter spinas posita, qui flos est Campi, omnibus
patens. Rosæ flammulam ipsius amor, violæ pallentem flave-
dinem ejus submissio, liliī candorem ejus puritas superat, qui
candidus

Candilus est supra nivem, & supra lilium niveus. Omnis autem è terrâ provenit flos, in cœlô Patrem habens, in terris Matrem. Matrem flosculus noster fragrantissimus habet virginem: virginem ante partum, virginem in partu, virginem post partum. Riget hic facundiax humanæ promptitudo: Obmutescunt Dæmones, nec quicquam ulterius, interrogati, responsi ferunt: ædes suas relinquere coguntur, & in Orcum redire. Corruuit templum, quod vocabatur ÆTERNUM; templum istud, & Urbis & orbis impensis Consummatū: ac ita corruuit, ut vix appareant vestigia ruinarū. Liquefiunt statuæ Capitolii; simulacra in Ægypto concidunt: Ipse Augustus, qui Orbis videbatur Dominus, DOMINUS salutari renuit, quando hic DOMINANTIUM DOMINUS venit. Sed ramen multiplicantur stellæ: tenebras suas deponit nox, mirum, hoc justitiæ sole adventante, illuminata. Ipse Domini Angelus, de cœlo descendens, annunciat nobis gaudium magnum, quod futurum est omni populo. **Natus est**, inquit, **bodie vobis Servator, qui est Christus Dominus in Civitate David.** Adest huic multitudo militiæ cœlestis, erubescens quasi cœlum habitare, Condитore in terram sponte abjecto. Adest illa Principi suo obsequia delatura: adest summum suum, super hoc mysterio, nobiscum gaudium communicatura: adest & Cœlesti suo GLORIA IN EXCELSIS DEO: noctis hujus æra quam dulcissimè mulcet. O verò sacratissimam, hanc mihi noctem, omni die illustriorem! Vedit nox ista, quæ nulla unquam dies vidit. Hâc nocte Sol noster non ex Undis, sed ex stipulis surgit. Cæcus est, qui hâc, dulcissime Jesu, nocte, tuum in se amorē non cernit. Nasceris hâc ipsâ homo; homo inquam, nullum habens, aut habiturus peccatum, quò renasceremur & liberaremur à peccatis, qui nasci non poteramus sine peccatis.

Divinæ

Divinâ Creatoris imagine insigniebatur olim homo ;
nunc hominis Tu ipse Tibi imaginem sumis Creator.
Exulta filia Sion : jubila filia Jerusalem , ecce REX Tuus
venit Tibi ! Ingredimini & videte filiæ Sion Regem ve-
strum in diademate , quo coronatus est : Intremus & vi-
deamus nos quoque , Cives optimi , ubi pascat , ubi cubet ,
quem diligit anima nostra . Olim nemini dabatur videre
faciem Dei . Moyses tām charus erat & commendatus
Deo , ut hoc ab eō testimonii ferret : *Invenisti gratiam*
coram me , & te ipsum novi ex nomine , præ ceteris mibi charus
es. Hic notissimus & charissimus Deo famulus rem unam
unicè petens : Ostende mihi , inquit , *Domine* , faciem ;
ostende mihi gloriam tuā . Hoc ipsum aliquotiens impen-
sissimè postquam rogitasset , nihilominus *Deus* id planis-
simè negans : Faciem , inquit , meam videre non poter-
is ; non enim videbit me homo , & vivet . Opulen-
tissimus Regum David , qui tot numerabat horrea sele-
ctissimò triticò stipata ; tot villas , pecude pinguisimâ re-
fertas ; tot penora , omnigenè ad mensam apparatu ple-
nissima ; tot cellas , generosissimo vino spumantes ; ille
inquam , omnium rerum abundantissimus , nihilominus
tanquam mendicorum insimus , fami suæ ingemiscens ,
Satiabor , inquit , *Satiabor* , *cum videro gloriam tuam* . Eja !
amantissimi mei , satiemur nunc ex voto : vidimus nos ,
& videmus hodie gloriam quasi Unigeniti à Patre , ple-
nam gratiæ & veritatis . Hic ipse , qui hodie nobis natus
est , & cuius hæc honori dicamus , splendor est Gloriæ
Dei , & expressa imago substantiæ ejus : Idem ipse est ,
quem Reges & Prophetæ multi desiderarunt videre , &
non viderunt . Occurramus proprius ad ejus cunabula :
quicquid viæ nos & illa separat , mente superemus ; ange-
loque ductore , quæcumque subjiciebantur olim oculis ,
animo hodie concipiamus . Non equidem reperturi
sumus


sumus hic Persarum Regis Cubile, in cuius cervicali
quinque millia semper talentū , s. nostro calculo
32750000 tricesies & bis mille millenni, septingenties quin.
quagies mille coronati asserventur; cuius scabellum
suppedaneum tria millia talentū argenti, seu nostre
monetæ 1800000, millies millenos, & octingenties mille
coronatos contineat; cui pro pergulâ sit vitis aurea,
gemmae ponderosa, atque è lapidibus æstimatisimis in
ramos pensiles formata. Neque etiam aureas Assveri
deprehensuri sumus lecticas; autillas Heliogabali, aut
Commodi satis profecto incommodi, rosarum, lilio-
rum, violarum, hyacinthorum, & narcissorum foliis re-
fertas: non argenteas Carbiliæ Pollionis, non Tiberii
aliorumque testudine pellucidas, quarum fabricatores
portentosa merito ingenia vocitat Plinius, quod mate-
riam quæsiverint in mari, cui incumbat homo, animal
terrestre. Neque offensuri erimus denique hic Argen-
tinorum aut Hierosolymitanorum lectos eburneos: Væ,
inquit Amos, qui dormitis in lectis eburneis! multo mi-
nus culcitra Galieni, laminis aureis & argenteis obductas,
aut Leporis jamjam nominati Heliogabali pulvinaria, le-
porino pilo, aut, quæ sub perdicum alis crescunt, plu-
mis tumida. Appage istas ineptiarum vanitates, pro-
curiosulâ mortalium vanissimorum, immò sàpè impu-
rissimorum luxurie excogitatas; somites libidinis, esse-
ctus prædigalitatis! Qui nobis hodie natus est, noster
J E S U L U S cujus sunt omnes feræ sylvarum, cu-
jus sunt jumenta in montibus, qui omnia cognovit
volatilia cœli, cuius est orbis terræ & plenitudo ejus,
hæc omnia nihili, aut velut somnia habet: exhib-
ens nobis longè potiora, quæ mirari equidē licet, rimari
non licet. Ecce enim hic saturitatem esurientem, vide-
te fontem sitientem, cernite abundantiam egentem, at-
tendite lætitiam mœrentem, flammam frigentem, lu-
cem

tem in tenebris splendentem, solem noctu fulgentem.
In oppidulo quasi latitat, qui annunciatur universo mundo. Bethlehem est domus panis: nascitur in eodem verus
vitæ nostræ panis, qui de cœlo descendit. Non invenit
locum in diversorio: utut enim mensuratus sit pugillo
aquas, utut Cœlos palmâ ponderaverit, utut appende-
rit tribus digitis molem terræ, & libraverit in pondere
montes, & colles in staterâ, utut in propria sua venerit;
non invenit tamen locum in diversorio, tanquam non-
habiturus, crescentibus annis, quò reclinet caput suum.
In stabulum remittitur, cujus sedes est cœlum, cujus
scabellum terra. Ad viam ponitur, qui est ipsa via, veri-
tas & vita. In tenebris habitat, ad cujus nutum sydera
expallescunt: fasciis stringitur liberratis vindex: ubera
fugit, qui pascit cunctos aminantes: in matris gremio
jacet, qui stellâ duce Orientis ad se Reges trahit. Fœno sua
membra levat, qui ignis est consumens, & quod jumenti
sedata fames reliquerat, adhuc expetit; qui fœnum ju-
mentis producit, & herbam hominum servituti. Ita verò
æternus ille & omnipotens, quia Caro factus est, ad fœnum
accedit: OMNIS CARO FOENUM! In præsepe reponi-
tur, qui sedet ad dexterâ patris sui in cœlis. Heic vero est,
quod arrigatis aures, qui primas amatis sellas in congrega-
tionibus, & primos accubitus in canis! Inter pecora tole-
ratur, quem homines respuunt: adeò major ubiq; bru-
torum in Creatorem existit reverentia, quam hominis,
qui divinæ mentis particulam gerit. Optime Esaias:
Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Do-
mini sui; Israël autem ipsum non cognovit, & populus
Domini non intellexit. Pastoribus primum annunciatur,
qui est summus & animarum pastor, & agnus Dei. Ovi-
um prædicatur Cœratoribus, Israelis oves quæsitus.
Atq; hinc est, quod puerum hunc tam in abjecto habitu,
asciis scil. involutum, in stabulo, in præsepi, super fœno,


inter

inter pecora jacentem venerati non dubitent ipsi Orientis Reges. Sciunt esse Deum, quem vident infantem; sciunt incomprehensibilem in cœlis, qui parvus in præsepi: gloriosum inter stellas, qui infasciis est abjectus: sciunt humilitatem desiderare, qui tantâ ipsis humilitate prædit, quemq; ideo tantâ sequuntur humilitate. O felices animas, quas adeò admittit humilitatis Magister! Non vobis hæc dicuntur, fuci, qui fastu turgetis: Vestrum est abesse ab hoc præsepi, qui, excusso mitissimo divinæ humilitatis jugo, superbia PatriDæmoni adhæretis. Fulget ecce splendida Herodis aula; inter superbos fasces dominatur Cæsar; nec tamen hi divini beneficij percipiunt fructum: non placent semper summo Numini, qui bus mundus assurgit. Vos trahit ad se, Amantissimi, stabulum præsens, vos vocat præsepe, vos fasciæ alliciunt, vos lacrymæ invitant: quicquid cernitis, quicquid auditis ex Jesulo vestro, taciturno quasi vos Clamore monet ad ulteriorem Servatoris vestri imitationem, qui cum Pastoribus, qui cum Orientis Regibus submissâ hactenus humilitate animum instruxistis, qui simplici modestiâ gavisi estis. Ubi est thesaurus noster, ibi porrò sit cor nostrum! Venit ille ad nos hodie, ut nos veniremus ad Deum: circa bruta reperitur, ut, qui in bruta conversi eramus, jamjam in homines revertamur. Involvitur fasciis, ut nos à peccati jugo liberaremur: non invenit locum in diversorio terreno, ut nos terrestres in cœlis tanto plures haberemus mansiones. Et pro omni isto tantoq; beneficio, unicum tantum hocce à nobis flagitat, quod à nemine quidem non præstari potest, quod nimirum similes ipsi nos in posterū reddamus. Lucifer olim Angelorum yenuitissimus, immortalium formosissimus, ascendans, inquit, super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Simile quid affectabat Eva, postquam ipsam decepisset colubrismus sermo: Eritis sicut Dii. Sed quām ille cum hac ipsā miserrimè

miserrimè corruit, in imum unà ruentibüs & omnibus
illius sociis, & hujus omnibus filii. Sed & postea Alexander
Macedo, Nabucho donosar, Herodes Agrippa, memo-
ratus modo Commodus, Caligula, Domitianus palam
salutari *Dominus Deus noster* voluerunt. Ast quām miser-
rimi illi gravissimè sunt puniti, cumq; DEU M affectarent,
infra homines etiam sunt abjecti? Verūm sublato fastu
isto, sublato omni auro, redierunt nunc aurea secula, qui-
bus non velle solūm, sed & esse licet similem Deo. Non
necessē est supra altitudinem nubium aut super astra in
Cœlum concendere, & solium suum exaltare, non aurī
argentiq; montes corrader; ex hac materia non potest
imago exprimi, similis Deo; neq; necessē est prætextas ve-
stes ostentare, Deus nudus est: non, famæ inhiare; Deus
humilis est: non, servorum turbam alere; ipse Deus no-
ster servi formā induit; nō robur & vires præse ferre, haud
ipsi beneplacitum est in robore equi: In contrariū jam est
nitendum, cumq; propriæ abnegationis myrrā, si Deo si-
miles esse volumus, cum devotæ gratitudinis thure, cum
amoris infucati auro ad humilitatem stabuli est descen-
dendum, in bona illâ, quam ipsi cœlites nobis appre-
cantur, voluntate. Hæc uti tam in mendiculum
abjectissimum, quām in Regem, quām in Monarcham
summum eadit, atq; subsilire in Cœlum ex angulo potest;
ita in eādem lati diem huncce lubentesq; celebremus,
æternum diem fideliter expectantes, per eum, qui no-
bis æternus in tempore natus est, JESUM CHRISTUM,
qui, postquam in gloriâ suâ apparuerit, denuo nos simi-
les sibi, gloriaq; suæ participes reddet. P. P. sub sigill.
Rector. d. XXV. Decembr. Anno 1668. cuius non exo-
dum tantum, sed & instantis novi anni exordium,
omnibus vobis & singulis auspicatissimum
cordicitus precor.



inter pecora jacentem venerati notis Reges. Sciunt esse Deum, qui sciunt incomprehensibilem in cœl sepi: gloriosum inter stellas, qui inunt humilitatem desiderare, qui t p̄eit, quemq; ideo tantâ sequunturces animas, quas adeo admittit Non vobis hæc dicuntur, fuci, qui sa est abesse ab hoc p̄e sepi, qui, excusum humilitatis jugo, superbiæ Patri Dæ get ecce splendida Herodis aula; i dominatur Cæsar; nec tamen hi divunt fructum: non placent semper s bus mundus affurgit. Vos trahit ad bulum p̄sens, vos vocat p̄sepe vos lacrymæ invitant: quicquid certis ex Jesu lo vestro, taciturno quasi ad ulteriorem Servatoris vestri imi Pastoribus, qui cum Orientis Regib humilitate animum instruxistis, q gavisi estis. Ubi est thesaurus noster strum! Venit ille ad nos hodie, ut nouum: circa bruta reperitur, ut, qui sumus, jamjam in homines revertamur: ut nos à peccati jugo liberaremur: n diversorio terreno, ut nos terrestres haberemus mansiones. Et pro officio, unicum tantum hocce à nobis ne quidem non p̄stari potest, quod nos in posterū reddamus. Lucifer olitissimus, immortalium formosissimus, super altitudinem nubium, simili quid affectabat Eva, postquam ipsam sermo: Eritis sicut Dii. Sed qu



psi Oriente
fantem; us in p̄ae-
ctus:sci-
umilitate
e. O feli-
Magister!
:Vestrum
o divinæ
etis. Ful-
os fasces
i percipi-
nini, qui-
ssimi, sta-
aliciunt,
uid audi-
e monet
qui cum
hactenus
modestia
t cor no-
is ad De-
versi era-
ur fasciis,
ocum in
ntò plu-
oq; bene-
d à nemí-
miles ipsi
myenu-
dam, in-
o. Simile
colubri-
hac ipsâ
iserrimè

275

Image Engineering Scan Reference Chart TEX3 Serial No. 0009